



Navarraeus eâ conditione oblatam à Rege pacem accipit: ut libera sit religio utraque ijs in locis, quæ iam antè Evangelium acceperant, usque ad Synodum. Dum hoc modo junctis viribus rebelles invadunt, & iam ad obsidendas Lutetias Parisiorum propius accedunt, ecce à monacho quodam Jacobino Rex confoditur, cum paulò ante obitum Henricum Navarrae sororium suum, regni heredem ac successorem legitimum designasset. *Quod in nummo superiore, totum allegoricè accipiendum est.* Etsi enim salutem publicam unicè curæ sibi cordique esse Henricus ostenderet: etsi non verbis saltem, sed re factoque declararet suum, in religionem catholicam animum constantem & integrum: etsi Ligæ sanctæ caput se profiteretur, Quisquam legatum suum faceret: etsi Hugonotos ab omnibus officiis publicis removeret, commeatum ijs saluum denegaret: etsi (quod durissimum erat) omnes ministros Evangelicos, intra mensis unius spatium regno exire iuberet: non tamen solum hunc lucemq. presentem agnoverunt duo Vesperationes, quæ Regi vel duo fuere Guisij, ut multi autumant: vel confœderati omnes Regis imperium excutientes. *Henrici Navarrae Numisma (plura sequentibus annis monstrabuntur) quæ rectius explicem, quam aureolo illo Maximiliani Primi Imperatoris disticho?*

*Ich bin ein Mann / wie ein anderer Mann;
Dhn das mir Gott die Ehre ghan.*

Author ex Chron. Gallico.